¶ ℑ vſuſfruct᷒ ſe intẽtio hui᷒.l.ſalua melioꝛi ſnia. Titi᷒ inſtituit ſibi hr̃dẽ ſeiũ ꝛ legauit gaio vſufructum fundi titiani.aut.x.ſub alternatione q̃ eoꝝ duoꝝ voluerit le gatari᷒.ꝛ deceſſit dict᷒ titi᷒.certe vtriꝫcꝫ ſpectãdũ eſſe placuit ſapiẽtib᷒.ſ.ꝛ moꝛtẽ teſtõ᷒ ꝛ aditiones hr̃ditaꝫ ei᷒.moꝛtẽ.ſ.te/ ſtatoris eſſe ſpectãdã ꝓpter ꝑdicta.x.q̃.x.ſi ſola eſſent legata cederet dies ei᷒ legati a moꝛte teſtõꝛis.vt.ſ.e.ſi p᷒ diẽ.in ꝑn. vt ſic ſi moꝛiaꝫ legatari᷒ poſt moꝛtẽ teſtõ᷒ ꝛ añ aditã hr̃dita/ tẽ trãſmittat ad hr̃dẽ ſuũ legatũ decẽ vt infra dicet. aditione ſcz hr̃ditaſ̃ eſſe ſpectãdã ꝓpter vſumfructũ.nam dies legati vſufruct᷒ cedit ab adita hr̃ditate tñi.ſ.vt poſſit peti.vt.ſ.e.l. ij.vt ſic.adita hr̃ditate poſſit legatari᷒ eligere ꝛ petere q̃cũ/ qꝫ voluerit vel vſumfructũ fundi vel.x.nã q̃uis ſit electio di/ cti gaij legatarij ſicut eã ei dedit teſtõꝛ.nondũ tñ põt eſſe loc᷒ electiõi.cũ ꝓponaꝫ aut nõdũ teſtõꝛẽ deceſſiſſe.ꝛ ita nõ habe re adhuc locũ ea q̃ ſunt ꝑ eñdẽ teſtõꝛẽ relicta aut moꝛtuo.ſ.di cto teſtõꝛe hr̃ditas ei᷒ nõdũ adita ꝓponaꝫ.ꝛ ita nõ poſſit eli gi vel peti vſuſfruct᷒ ꝑdict᷒.q̃d g̃ ſi poſt moꝛte teſtõꝛis ꝛ an/ te aditã hr̃ditatẽ decedat dict᷒ legatari᷒.nunq̃d trãſferaꝫ ad heredẽ ei᷒ legatarij legatũ de.x.ꝛ ñdeꝫ q᷑ ſic.qꝛ moꝛtuo lega/ tario dies legati ꝑdicti de.x.cedit.i.moꝛtuo legatario appaꝛs q᷑ ceſſit dies legati quo ad decẽ ꝑciſe: qꝛ iã vſuſfruct᷒ ampli᷒ eligi nõ põt.nec peti.nã ꝛ ſi ita dicat teſtõꝛ ſeie do.x.aut ſi pe perierit.fundũ hr̃s me᷒ dato ꝛ ãteq᷑ pariat deceſſerit ſeia trãſ mittit ad hr̃dẽ ſuũ dicta.x.ſiue eoꝝ petitionẽ.ꝛ hec videꝫ eſſe intẽtio hui᷒.l.ſalua melioꝛi intẽtiõe. ¶ Si ita q̃s. Titi᷒ pona m᷒ inſtituit ſibi hr̃dẽ ſeiũ ꝛ legauit gaio filio ſempꝛonio cẽtũ ita vt ipſi gaio filiofa.ſoluanꝫ ꝛ deceſſit dict᷒ titi᷒.nunq̃d va let dictũ legatũ ꝛ certe ſic.ꝛ nõ põt iputari hr̃di ſi ſoluat filio ꝛ nõ pr̃i ſempꝛonio.imo ꝛ ſi petat dictũ legatũ paꝫ exceptiõe eſt repellẽd᷒.ꝛ hec videꝫ eſſe intẽtio hui᷒.ℌ.ſalua melioꝛi ſnia ꝛ intẽtiõe. ¶ Si dies legati. ℑponam᷒ q᷑ titi᷒ inſtituit ſibi

hr̄dē seiū ⁊ legauit gaio sui iur⁹ exñti centū pure ⁊ decessit idē
titi⁹ ⁊ ita cessit dies legati:postea dict⁹ gai⁹ legatari⁹ oedit se
in arrogationem pone sempronio ⁊ ita puenit in sempronij
ius siue ptātē.certe ipsi sempronio poti⁹ deberet legatū q̄ ipi
arrogato.trāseūt enim cū eo arrogato in arrogantē ea q̄ ei ar
rogato debebantur.si aūt dictū legatū fuisset dicto gaio sub
ditiōe relictū nō transit in arrogatorē sempronii. sz expecta
bit dict̄ legatū ⁊ ditionē.⁊ ei acq̄reret ipsum legatū:cuius
iuris erit legatari⁹ tpe existent⁹ dicte ditiōis.pōt enīz esse q̄
tpe existētis ditiōis erit legatari⁹ in alteri⁹ ptāte q̄ in illi⁹ q̄
eū arrogauit q̄ si sui iur⁹ fuerit legatari⁹ eo tpe q̄ existit ditio
legati sibi poti⁹ acq̄rit.⁊ hec videt esse intētio h⁹.§. salua me
liori intētione.

Sita esset. Pone q̄ titius instituit sibi hr̄dē seium ⁊ legauit gaio ⁊ sempronio filijs
tuit sibi heredē seium ⁊ legauit gaio ⁊ sempronio filijs
petri cētū sub ditione si effecti essent sui iuris morte petri eo
rū patris.⁊ decessit dict⁹ titi⁹.postea nō mortalitate patris:sz
emācipatiōe facti sunt eoz iuris.nunq̄d debet eis dictū lega
tū siue singulare fideicōmissuz ⁊ dicit̄ q̄ sic.⁊ dies ei⁹ fideicō
missi cedit ita bñ p dictā emācipationē.sicut cederet si p mortē
patris effecti fuissent eoz iur⁹ ppter quā vltimā decessionem
credo q̄ posita sit hec lex in hoc titulo.⁊ hec videt esse inten
tio hui⁹.l.salua meliori intētiōe ⁊ intellectu ⁊ sententia.

Cum ita. Pone q̄ titi⁹ instituit sibi hr̄dē seiū ⁊ ita lega
uit gaio sub alternatiōe stichū.vel qō ex pāphila natū erit he
res me⁹ dato.s.gaio.⁊ decessit titi⁹.certe non ante cedet dies
legati alternatiue relicti.q̄tū ad hoc vt trāsferat ad hr̄dem le
gatarij alterutriusq̄ vel alicui⁹ eoz petitio q̄ aliq̄ō ex pāphi
la natū fuerit.q.d.si añ mortē legatarij aliq̄d natum fuerit ex
pāphila.bñ trāsfert ad hr̄dem legatarij postea mortui alter
utrius petitio.i.petat vnū qō velit sicut posset petere legata
ri⁹ si viueret.si aūt añ mortē legatarij nō fuerit natuz aliq̄d ex
pāphila nō possit aliq̄ō eoz petere heres legatarij.si aūt an
te mortē legatarij certū fuerit nasci nō posse aliq̄d ex pāphila
puta pāphila mortua anteq̄ pariat ⁊ añ mortē legatarij be
ne cedit dies legati de dicto stichо vt trāsmittat ad hr̄dez le
gatarij postea mortui.⁊ hec videt esse intētio hui⁹.l.salua me
liori intētiōe. ¶ Cū seruo. Pone q̄ titi⁹ fecit testū ⁊ istituit
sibi hr̄dē petrū ⁊ legauit seio stichū seruū suū ⁊ decessit dict⁹
titi⁹ anteq̄ peti⁹ adiret hr̄ditatē titij.gai⁹ fecit testū ⁊ istituit
sibi hr̄dē martinū pone.⁊ vsumfructū fundi corneliani pone
legauit dicto stichо seruo.⁊ decessit dict⁹ gai⁹ ⁊ dict⁹ martin⁹
instituit⁹ a gaio.pus adiuit hereditatē eiusdē gaij q̄ dict⁹ pe
trus instituit⁹ a titio adiret hr̄ditatē eiusdē titij. certe nulla rō
est cur die dicti legati vsusfruct⁹ cedere existimem⁹ anteq̄ etiā
ea hr̄ditas.s.titij adeat ex qua dict⁹ stich⁹ seru⁹ legatus erat
p titiū seio.⁊ est rō q̄re ante nō cedit cū in p̄sentia siue in p̄sen
ti tpe quo nō est adhuc adita hr̄ditas titij nullū emolumentū
dicti legati vsusfruct⁹ acq̄rat hr̄ditati titij ex qua fuit seruus
legat⁹ seio.cū nō sit ibi p̄sona cui acq̄rat ⁊ vsusfruct⁹ sine per
sona esse nō possit.vt.j.de stipulat.seruoz.l.vsusfruct⁹.⁊ cū le
gatū dicti vsusfruct⁹ extinguat si dict⁹ stich⁹ seru⁹ mortu⁹ fue
rit interim añ aditā hr̄ditatē titij eiusdem dñi seruit:q̄re adita
hereditate postea dicti titij ex q̄ seru⁹ erat legat⁹ seio extimā
dū est ad eū seruū ptinere dictū vsumfructū cui seio seru⁹ lega
tus est p dictū titiū. Sed q̄d si dict⁹ seru⁹ titij cui seruo gaius
vsumfructū legauit nō fuit legat⁹ p titiū alicui retēto casu qñ
erat adita hr̄ditas gaij qui legauit seruo vsufruc.⁊ etiam he
reditas titij domini ipsius serui.certe dicēdum est hoc casu di
ctum vsumfructum ptinere ad hr̄ditatem.i.ad hr̄dem heredi
tatis ei⁹ titij cui⁹ fuerat seru⁹ p̄dict⁹.s.si viuat idē seru⁹ tēpore
adite dicte hr̄ditatis.⁊ hoc eo id est.iō q̄ id est q⁹ dies ei⁹ le
gati vsusfruct⁹ nō cessit añ aditā hr̄ditatē dicti titij dñi seruī.
vt dictū est.⁊ no.extra casum q̄ est hic bona rō.q⁹ si nō expe
ctaret aditio hereditat⁹ dicti titij quo ad cessionē dicī illi⁹ le
gati vsusfruct⁹.frustra cederet dies ei⁹ ante.⁊ etiā inutilit. cuz
nō esset p̄sona cui acq̄ri posset.⁊ sic inutile esset legatuz.⁊ nul
li acq̄reret.vt.d.l.vsusfruct⁹.⁊.§.e.si habitatio.⁊.j.de acq̄.rer
do.hr̄ditas iu multi⁹.in fi.⁊.§.q̄b⁹ mo.vsusfruct⁹ amittatur si
seruo.⁊ hec videt esse intentio h⁹.§. salua meliori intētiōe

Olim legato. Pone q̄ titi⁹ instituit sibi hr̄dem gaium
⁊ seruū suū stichū legauit seio.⁊ eidē stichо legauit cētū
⁊ decessit idē titi⁹.certe dies legati seruo relicti cedit nō a tpe
mortis titij testōis.sed a tpe adite hr̄ditatis eiusdē testatoris. ⁊ ē
ratio extra casum.q⁹ si ante aditā hr̄ditatē cederet magis he
reditati diceret acq̄ri q̄ legatario cui fuit legat⁹ seru⁹.cū inte
rim sit hr̄ditatis seru⁹.vt.§.de leg.i.si tibi hō.§.cū seru⁹. licet
sit.ar.ff.j.de furtis.a titio nec etiā hr̄ditati possz acq̄ri:q⁹ sibi
debere hr̄ditas non posset intelligi ⁊ sic euanesceret legatum
qō est euitādū:q⁹ ante dies dicti legati fuo legato relicti nō
cedit nisi adita hr̄ditate.iō si tpe adite hr̄ditatis inueniat esse
seru⁹ dict⁹ stich⁹ erit legatarij ipe stich⁹.⁊ legatū cidē stichо
relictū.si aūt inueniat liber debebit ei legatū sibi relictū ⁊ im
pedimēto non est regula iuris q̄ appellat regula cathoniana
q̄ min⁹ debeat dictū legatū dicto fuo si inueniat māumissus
siue liber tpe adite hr̄ditatis dca ei regla dic q̄ illō legatū qō
foret inutile.si statim decederet testator facto testō non debet
ideo valere:q̄ diuti⁹ testator viuat.vt.§.de regula. ca.l.i.cuz
filius⁹.in nostro aūt casu si ꝺfestim.i.statim facto testō p̄fam.
id est testōr moreret bñ valeret legatū p̄dictū seruo legato re
lictū q⁹ nō ꝺcurreret in eiusdē p̄sona ⁊ emolumētū dicti lega
ti ⁊ obligatio iuris p̄ soluēdo legato eodez.imo ꝺcurreret in
duob⁹.nā obligatio iuris p̄ soluēdo legato ligaret hr̄ditatē
emolumētū aūt legati relicti seruo legato respiceret legatariū
cui fuit legat⁹ seru⁹.sec⁹ aūt si emolumētū legati ⁊ obligatio
iuris p̄ soluēdo eodē legato ꝺcurrerēt in eandē p̄sonā siue in
eūdē debitorē.q⁹ tūc nō valeret legatū ⁊ haberet locū regla
dicta.puta si nō esset dict⁹ seru⁹ alicui legat⁹.nā tūc hr̄ditas
deberet legatū eidē seruo:⁊ seru⁹ acq̄reret eidez hr̄ditati.⁊ sic
hr̄ditas deberet sibiipsi qō nō pōt esse.vt.§.de leg.ij.titia.§.
luti⁹.dictū ergo legatū relictuz seruo legato assimilat legato
relicto seio.filio eiusdē seij hr̄de instituto qō q̄dē legatuz ideo
intelligit ꝺsistere.q⁹ q̄uis statiz facto testō paterfa.s.testator
moriat.tū pōt dict⁹ fili⁹ postea a patre emācipari ⁊ emācipa
tus hr̄ditatē dicti testōris adire vt patri q̄ eū emancipauit le
gatū debeat.vñ nec hic inuenit pater debere sibiipsi legatuz
⁊ sic valet sicut ⁊ §.in p̄mo casu:sec⁹ aūt si adiret hr̄ditatē te
statoris existēs in ptāte p̄ris.q⁹ tūc acq̄reret hr̄ditas patri ⁊
inueniret pater debere sibiipsi legatū.⁊ sic nō valeret.⁊ hec vi
det esse intētio hui⁹.l.iz p multa ꝺba.salua meliori snīa semp

Scui. Pone q̄ gai⁹ insti ⁊ meliori intētione.
tuit sibi hr̄dē seiū ⁊ legauit titio cētū q̄ūcūq̄ liberos ha
buerit idē titi⁹.⁊ decessit dict⁹ testator gai⁹.⁊ postea dictus ti
ti⁹ legatari⁹ decessit relicta p̄gnāte vxore sua. certe intelligit
expleta ꝺditiōe decessisse dict⁹ legatari⁹ ⁊ legatū valere intelli
git.si tū posthum⁹ fuerit nat⁹ viu⁹.⁊ hec videt esse itētio h⁹.l.

Olim sine. Titi⁹ instituit sibi hr̄dē seiuz ponam⁹; ⁊ sine
aliq̄ p̄finitiōe tpis legauit ita vxori sue sempronie pone
vxori mee penū hr̄s dato si nō dederit cētū dato.⁊ decessit dī
ctus testator.postea dicta sempronia vxor ponam⁹ interpel
lauit heredē vt p̄staret ei penū ⁊ hr̄s nō dedit ei.certe vnū le
gatū intelligitur.s.de dictis centū.s.quo ad vnā exactionez si
ue solutionē.⁊ statiz peti pōt p vxorē idē legatū de centū.⁊ p
dicte penoris causa eo tū pertinet vt tradita penore siue pe
nu ante litē ꝺtestatā.s.super dictis cētū heres ab vxore libere
tur sub.sed duo sunt legata vnū pure.s.penus alterū ꝺditio
nale.s.centū.vt.j.e.si penū.si aūt ita scripsisset dict⁹ titi⁹ testa
tor si penum intra kalendas non dederit.scilicet heres meus
vxori mee.centum dato. scilicet heres meus vxori mee non
efficitur vt sint duo legata.immo est vnum.naz centū vident
esse legata sub ꝺditione.s.si penū intra kalendas nō dederit
heres vxori testatoris.nam incepit hoc legatū a p̄cedēti ꝺdi
tione ⁊ idcirco.s.q⁹ nō sunt duo legata sed vnū.s.de cētū.⁊ q⁹
cētū vident esse legata sub ꝺditiōe. vt dictū est.si vxor scilicet
testatoris p̄dicta decesserit.añ kalēdas.s.p̄dictas nō relinq̄t
penū siue pen⁹ petitionē hr̄di suo:q⁹ legata nō est.s.ei vxori.
penus neq̄ cētū p̄dicta siue eoz petitionē relinquet hr̄di suo

eadē vtor.qz nō cessit dies legati.s.de cētū.eo.s.ch nōdū exti
terat ꝺditio.neqꝫ adhuc poterat hꝛs dare vxori testatoris pe
nū ante kalendas:qz nōdū aduenerant kalēde tpe mortꝭ vxo
ris testatoris.ꝛ hec videt esse intētio huiꝰ.l.vsqꝫ illuc cuz ab
eo ꝛc.salua meliori intentiōe ꝛ intellectu. ¶ Cū ab eo. Ꝑo
namus ꝙ titius instituit sibi heredē seiū ꝛ legauit gaio cētuz
sub ꝺditione.si nauis ex asia venerit.ꝛ ab eodē gaio legata
rio relict mihi fideicōmissum ponam⁹ q̄nq̄ginta. certe talis.
est.ac si instituisset dictū seiū vel aliū heredē sub ꝺditiōe ꝛ mi
hi pure legasset.s.vt dies dicti fideicōm.mihi a legatario reli
cti cedat eo tpe quo cederet dies legati mihi relicti ab herede
sub ꝺditione instituto cuius q̄dē legati dies cedit a morte te
statoris nō obstāte ꝺditiōe sub q̄ erat institut⁹ heres ille a q̄
mihi pure legatū fuit.vt.ff.e.hꝛdis.in pn.ꝛ.j.e.dies.§.fi.ꝛ hꝫ
videt esse intētio huiꝰ.§. ¶ Si debitori. Ꝑonam⁹ ꝙ titius
habebat debitorē seiū in cētū q̄ debebat ei sub ꝺditiōe. si na
uis ex asia veniret.fecit hic creditor testm̄ ponam⁹ ꝛ instituit
sibi heredē gaiū ꝛ legauit dicto seio illud qō ei debebat.ꝛ de
cessit dict⁹ testator.certe p̄sens siue pur legatū est.ꝛ agi pt
p legatariū eundēqꝫ debitorē ꝺditionalē actione ex testamē
to ꝺ heredē vt liberatio ei p heredē p̄stet.i.vt libereꝰ p accep
tilationē ꝛ si post mortē testatoris decesserit dict⁹ debitor cō
ditionalis cui legatū est p creditorē illud qō ei sub ꝺditione
debebat vt dictū est ad hꝛdez suū debitoris eiusdēqꝫ legata
rij transmittit actionē.s.ex testō p̄dictā cōpetētē vt p̄stet libe
ratio.ꝛ hec eadē erūt dicēda.ꝛ si nō ipsi debitori ꝺditionali.
sed alij cuilibet ꝓponat esse legatū similiter p eundē testato
rē illud qō dict⁹ debitor debebat testatori sub ꝺditione.s.vt
sit p̄sens legatū siue pur.ꝛ si post mortē testatoris decedat
legatarius ad heredē suū.s.legatarij trāsmittat.ꝛ hec videtur
esse intentio huius §.salua meliori intentione ꝛ intellectu.

¶ Cū p̄finitione. Ꝑonam⁹ ꝙ titi⁹ legauit ita seio, lego
seio dena vsqꝫ ad annos.x.ꝛ decessit dictus titi⁹. postea
decessit sei⁹ legatari⁹ trāsactis pone duob⁹ annis ex dict.x.
annis.nunq̄d futuroꝝ octo annoꝝ legatū transmittit ad he
redē suū dict⁹ legatari⁹ ꝛ distinguit aut alimentoꝝ noie fuit
relictū dictū legatū seio aut nō fuit relictū noie alimētoꝝ. sed
in plures pēsiones ꝛ p̄statiōes diuisit titi⁹ testator dictū lega
tuz exonerandi heredis gꝛa.p̄mo casu plura sunt legata ꝛ fu
turoꝝ octo annoꝝ legatū nō trāsmittit ad heredē suū legata
rius mortu⁹,ꝛ est rō extra casum.qz hoc casu p̄imi anni lega
tū est pur.sequētiū ꝺditionale vt dixi.§.eo.cū in annos. Se
cūdo aut casu oīm dictoꝝ.x.annoꝝ est vnū legatū.ꝛ intra de
cēniū decedens legatari⁹ trāsmittit ad heredē suū etiā legatū
futuroꝝ annoꝝ,ꝛ hec videt esse intentio huiꝰ.l.salua meliori
intentione ꝛ intellectu.

¶ Dies appositа. Aut dies certa vel incerta non est apposita in legato.
aut est apposita siue adiecta.p̄mo casu p̄sens siue purū debe
tur legatū legatario ꝛ ꝺfestim ad eū ptinet cui datum siue reli
ctum est.secūdo casu.aut est adiecta dies certa aut incerta. si
est adiecta legato dies certa.certissim⁹ q̄dē dies legati statim
cedit.s.a morte testatoris q̄ vis dicta sit longeua.veluti qz di
xit testator lego titio pone centū kalendis ianuarijs.nō tū p̄t
peti legatū ante diem.si aūt incerta dies sit adiecta in legato
neqꝫ p̄t peti res.s.legata neqꝫ dies legati cedere p̄t nisi ob
tigerit ꝺditio tpis.i.ꝺditio q̄ demōstrat p tps incertū:siue p
die incertū.vt.j.l.pri.§.nec interest.ꝛ de hac incerta die ponū
tur in litera q̄tuoꝝ exēpla.quoꝝ qōlibet ita videt supplendū
sicut dicā in quolibet eoꝝ.ꝛ erit p̄mū tale lego cētū titio pōe
cum pubes erit.secundū erit tale cū filia.s.mea nupserit lego
ei cētū.tertiū erit tale cū magistratū inierit ponam⁹ titi⁹.lego
ei cētū.q̄rtū erit tale.cum titi⁹ fecerit domū seio lego eidez ti
tio centū.ꝛ hoc exēplū vel simile videt posse poni in illa lite
ra cū aliq̄d demū ꝛc.quā literā ita ꝺstrue cū aliq̄d demuz fece
rit.s.titi⁹ qō cōprehendere describēdo sit cōmodū.s.alicuius
puta seij p hoc qō scribit ꝛ apponit in legato.potes ꝛ q̄ntuz
ponere exēplū in.l.fe.de die incerta in legato apposita quā po
tes legere vsqꝫ ad.§.q̄dā.ꝛ anteꝙ legas.§.si sub ꝺditiōe qui
est in hac.l.puta si titio fuerit legatū cū is annoꝝ q̄tuordecim
esset fact⁹.nā si is titi⁹ decesserit ante.xiij.annū:nō trāsit lega
tū ad heredē ei⁹ q̄m hoc legatū ꝺtinet in se:nō solum tps.sed
etiā ꝺditionē.s.hanc si is.s.titi⁹ esset effect⁹.xiij.annoꝝ.ille āt
q̄ nō esset in rez natura sicut nō erat dict⁹ titi⁹ annoꝝ.xiij.nō
esse intelligit.nec interest vtrū ita scribat.s.in legato si annoꝝ
xiij.factus erit.s.titi⁹ lego ei cētū an ꝓpoz scriptura. s. scribat
scz cū annoꝝ.xiij.esset fact⁹ lego ei cētū pone.nā q̄uis in hoc
differāt dicte due scripture.s.si annoꝝ.xiij.fact⁹ erit ꝛc.ꝛ cum
annoꝝ.xiij.esset factus ꝛc.in hoc differūt dicoꝝ:qz p ꝺditionē
siue p scriptūrā in q̄ ꝺditio ꝺtinet illa.s.si annoꝝ.xiij.factus
erit ꝛc.demōstratur tp̄us.ꝛ sequēti siue p sequētē scripturam
illā.s.cū annoꝝ.xiij.esset fact⁹ ꝛc.demōstrat ꝺditio ad temp⁹
dixi si titi⁹ decesserit ante.xiij.annū nō trāsit legatū ad hꝛdez
ei⁹ ꝛ nō mireris si illā scripturā cū annoꝝ.xiij.esset factus ꝛc.
appellaui mō sequētē scripturā:qz sequens est in ꝺficulo nec
interest ꝛc.q̄uis sit ꝓpoz in p̄i.l.huiꝰ.si titio, viso ergo de lega
to p̄senti siue pure ꝛ de legato cui adiecta est dies certa.ꝛ de
illo cui est adiecta dies incerta redeam⁹ ad.§.si sub ꝺditione
ꝛ ꝺtinuem⁹ cū cū.§.q̄dā aūt ꝺditiones ꝛc.ꝛ videam⁹ de his
legatis q̄b⁹ appositе sunt ꝺditiōes q̄ habētur p nō appositꝭ
ꝛ ponam⁹ ꝙ instituit te hꝛdez sub ꝺdi.si nauis ex asia venerit
ꝛ legauit titio centū sub eadem conditione.certe pinde cedit
dies huiꝰ legati atqꝫ si pure relictum esset.q̄n esset certum he
rede existente debitum iri.s.dictum legatum legatario. lega
ta enim nō fiunt incerta.vt.s.suspendant⁹ post ꝺditionem exi
stentem sub qua heres fuit institutus ꝛ post aditam ab eo he
rede hereditatem.non fuerit incerta dico p conditionem he
redum:siue p ꝺditionem appositam institutioni heredū. nec
multū interest siue differt tale legatū de quo dixi ab hoc.s.le
gato dato si heres erit in quo.s.dicat testator:ponam⁹ b mo
do dato.s.tu heres meus titio centū si heres eris.s.mihi qō q̄
dē legatū nō iudicat ꝺditionale.vt.§.de le.i.l.iij.ꝛ idē est si te
stator ita scribat titius heres esto si titi⁹ hereditatē meā adiue
rit.meuio decē dato.nā p nō scripto ea ꝺditio erit vt oī modo
ad heredem meuij legatū transeat etiā si meui⁹ decesserit ante
aditā hereditatē.s.p dictum titium institutū.ꝛ idē si ita fuerit
scriptū.s.p testatorē si titius hereditatez meam adiuerit intra
dies centum.meuio centum dato.subaudi titius.naz hoc le
gatum erit in diē ꝛ nō sub ꝺditione cū ꝺdirio fit superuacua
subaudi.ꝛ ideo meui⁹ legatari⁹ decedens ante aditā heredi
tatem p titiū heredē transmittit legatū de cētū siue ei⁹ petitio
nē ad heredē suū.qz diffinitio labeonis ꝓbanda siue appro
bāda est.dicentis id demū legatū transire ad heredē legata
rij.s.decedētis ante aditā hereditatē ab herede.q̄.s.legatum
certum sit debitum iri:si adeatur hereditas.dictū aūt ꝓtime
legatum bene certū est deberi legatario si adeat hereditas ꝛ
viuat tunc legatarius.s. nam post aditam hereditatē suspendi
non p̄t q̄n statim debeatur legatario.fuit enim relictum me
uio p̄standū intra centū dies ꝛ ita intra certum diē sub condi
tione.si titius heres adiret hereditatē. Quid aūt si duos in
stituā heredes puta titiū ꝛ seiū ꝛ legā gaio decē a dicto titio
ꝛ seio instituꝰ sub ꝺditione si idē titi⁹ vn⁹ de institutis adeat
hereditatē meaz.nunq̄d erit supuacua dicta ꝺditio appositа
in legato gaij.certe nō,immo valebit dicta ꝺditio in portio
ne seij coheredis.i.in q̄nqꝫ q̄ vident ab eodē seio legata p me
testatorem gaio.vnde si anteq̄ titi⁹ coheres seij adeat heredi
tatem decedat gaius legatarius nō trāsmittit ad heredē su
um petitionē dictoꝝ q̄nqꝫ q̄ ei gaio vident legata a seio p me
testatorē.in portionē aūt ipsius titij in cuius p̄sona est comp
hensa conditio appositа legato gaij de decē p̄dicto.i.in alijs
q̄nqꝫ q̄ videntur legata gaio a titio p me testatorē supuacua
erit dicta ꝺditio.q̄ fuit si titi⁹ adeat hereditatē.ꝛ ideo p dca
parte titij nō faciet legatū gaij ꝺditionale ꝛ pinde erit supua
cua dicta ꝺditio atqꝫ si solo titio herede seij instituto a me es
set legatū gaio p̄dicto mō.i.sub ꝺditione si hereditatē meam
adiret titi⁹,quo casu fine dubio supuacua esset cōditio,vt.§.

vidisti. si ergo gaius p̄dictus legatari⁹ decedat ea cōditione pendēte. i. anteq̄ titius coheres seij adeat hereditatem meā transmittet ad heredem suum petitionem de quicq̄ que videtur ei legata a titio coherede seij cui legaui eidem gaio. x. a dicto titio ⁊ seio institutis sub conditione. si idem titius adiret hereditatē meam. ⁊ hec videtur esse intentio harum duarum legum. salua meliori intētiōe ⁊ intellectu.

Cum in annos. Ponamus q̄ titius instituit sibi heredem seium ⁊ in annos singulos reliquit legatum. puta decem gaio. decessit dictus titi⁹. certe gaius legatari⁹ pōt capere legatū p̄ singulos annos inspecta eius ꝺditione. s. legatarij vt si in hoc āno sit capax debeat ei legatum huius anni si vero hoc anno non sit capax. sed sit capax in sequenti anno debeatur ei legatum sequētis anni. ⁊ nō hui⁹. si autez pluriū seruus sit ille cui legatum est relictū in annos singulos erunt spectande persone singulorū dñoz̄ sint capaces quolibet de dictis annis vel non sint capaces. ⁊ hec videt esse intētio huius. l. salua meliori intentione ⁊ intellectu.

Penum. Seius ponamus fecit testamentū ⁊ instituit sibi heredem publicium ⁊ dānauit eundē publiciuz heredem vt daret penum gaio. vel ponam⁹ q̄ dānauit eum vt daret fundum gaio. ⁊ si non daret dictus heres penum gaio vel si non daret dictus heres fundum gaio dānauit eundem heredem vt daret eidē gaio. x. ⁊ decessit dictus seius testator certe videtur legata penus gaio eo casu quo legatuz penum esse positum est. ⁊ videtur esse dicta penus translata in. x. p̄dicta: si heres noluit dare penum legatario. ⁊ videtur esse dictus fundus legatus gaio eo casu quo positum est legatum esse fundum. ⁊ videtur translatum. s. in. x. predicta si heres noluerit dare fundum legatario ⁊ tunc pecunia siue dicta. x. debetur gaio legatario cum heres interpellatus a legatario fūdum non dedisset legatario cum fuit legatus fundus. vl' cum heres interpellatus a legatario penum legatario non dedisset cum fuit legata penus. ⁊ si interea siue interiz anteq̄ legatarius interpellet heredē q̄ det ei fundum cum fuit legat⁹ fundus vel q̄ det ei penum cū fuit legata penus decesserit legatarius: nō debebitur heredi eius legatarij. nisi fundus cū fuit legatus fundus. vel penus cum fuit legata penus. nam cum ita dixit testator publitius s. heres meus funduz dato. scilicz gaio. vel cum dixit testator publicius heres meus penum dato gaio pfectum est legatum fundi. cum fuit legatus fundus ⁊ pfectum est legatum penoris cū fuit legata penus ⁊ cum dicit. s. testator. postea si non dederit. s. heres meus fundū. vl' nō dederit heres meus penuz cētū dato. s. eidem gaio legatario videtur fundi legatum sub ꝺditione ademptuz eo casu quo centum ceperint deberi legatario. i. post interpellationem factam p legatarium heredi vt heres soluat ei fundum cum fuit legatus fundus. vel soluat ei penum. cum fuit legata pen⁹ q̄ rum. s. centum. qz conditio non extiterit viuo legatario. iō forte quia heres non sit interpellatus p legatarium predicto modo. euenit vt nihil egerit ademptio legati de fūdo vel penu ⁊ vt fundi vel etiam penoris legatū durauerit. ⁊ hoc quādo legatum non incepit a ꝺditiōe immo dixit testator vt dixi i p̄n. si aūt ita dixit ⁊ incepit testōr in legādo si penū nō dederit. s. publici⁹ hꝛs me⁹ gaio. x. dato. s. hꝛs me⁹ gaio. dicim⁹ nō esse penū legataz subaudi. sed sunt legata. x. sub ꝺditione. ⁊ ideo si legatarius decesserit ante ꝺditionem heredi suo neq̄ penū siue penoris petitionez relinquet: quia ei legatario legata nō est neq̄. x. siue petitionez de. x. relinquet heredi suo. qz dies legati de. x. non cessit. vt. s̄. e. cum fine. §. qō si ita. ⁊ in sequēti ibi versiculo. ⁊ qō dixi in penore idem esset in fundo. vt si ita dixisset testator. si fundū non dederit. s. publici⁹ heres me⁹ gaio decem dato. s. heres meus gaio. ⁊ hec videtur esse intentio h⁹ legis. salua meliori intentione ⁊ intellectu. ideo autem posui per totam legē de fundo ⁊ de penu. quia in p̄ncipio. l. dicitur si penū heres dare dānat⁹ sit vel fundū que q̄dē est diffinctio legis ⁊ nō testatoris.

Cum illud. Ponamus q̄ titius instituit sibi heredem seium ⁊ legauit gaio hoc modo. lego gaio fundum meū titianum vel fundum meū seianū. ⁊ decessit idez titius. certe dicta enumeratio plurium fundorum disiunctiuo modo comprehēsa in legato non facit plura legata sed est vnum legatū q̄tuz ad solutionem. nam heres non tenetur soluere legatario nisi vnum de dictis fundis nec aliud a predicto casu poterit p̄bari si dictus testator legauerit pure gaio alterum fundum de p̄dictis. vel alterum de eisdem fundis sub conditione enumerādo eos fundos in legādo disiunctiuo modo. nam ⁊ in hoc casu vnum legatum est ⁊ non plura. nam pēdente predicta ꝺditione sub qua alter de dictis fundis fuit legatus. non competet electio heredi qui fundum soluat legatario vtrum legatū pure an legatum sub ꝺditione nec etiam legatario competet electio quem fundum petat ab herede etiam si testator dedit legatario electionem. nam tunc esset ꝓprie electio siue esset electioni locus quando de duobus vel pluribus potest quis eligere q̄ vult. in hoc autem casu non est ita quia ꝺditionale legatum non potest eligi. nec etiam purum ꝓpter cōditionale vnde in hoc casu magis etiam apparet q̄ sit vnum legatum q̄ in superiori. Item ⁊ ꝓpter aliud apparet. quia si pendente dicta ꝺditione moriatur legatarius non videtur transisse ad heredem legatarij legatuz p̄dictuz alternatiuo modo relictū nam heres legatarij non poterit petere ab herede testatoris dictum fundum sub ꝺditione relictū. ⁊ etiā occasione dicti cōditionalis legati non poterit petere fundum pure legatum. ⁊ hec videtur esse intentio huius. l. salua meliori intentiōe ⁊ intellectu. Heres meus titio. Ponam⁹ q̄ ita dixit testator in testamento suo. heres meus titio dato q̄ mihi seius debz ⁊ decessit. reperitur postea q̄ dictus seius pupillus existens sine tutoris auctoritate nūmos acceperat mutuo a dicto testatore ante testamentuz nec locupletior factus erat idez sei⁹ ex dictis nūmis. nunquid valet dictum legatum titio relictuz ⁊ distinguitur aut testator q̄ petijt predicto modo ab herede suo retulit verba ad presens debitum aut verbo debiti cōgitauit naturalem obligationem futurāq̄ solutionez per dictū seium faciendam primo casu nullius momenti erit legatū. qz nihil ei testatori debet dictus seius pupillus. s. ciuiliter vt possit ab eo petere licet naturaliter ei teneret. quia pono q̄ erat primus pubertati. Secundo autem casu nihil petet titius legatarius interim anteq̄ seius pupillus soluat dictum naturale ꝺbitum heredi testatoris quasi in legato tacita inserta sit conditio si soluerit dictus pupillus dictum naturale debitum. sicut interim non peteret. si ita dixisset testator titio dato. scilicet tu. heres meus q̄ pupillus predict⁹ soluerit vel si legasset q̄ ex aretusa natum erit vel legasset fructus qui in illo fundo nascerentur. nam in his tribus casibus sine dubio ineſt tacita cōditio. scilicet si pupillus soluerit ⁊ aretusa pepererit. ⁊ si fructus in dicto fundo nascentur. sed pone q̄ legatari⁹ moriat medio tempore. id est anteq̄ pupillus soluat. vel anteq̄ aretusa pariat. vel anteq̄ fructus in dicto fundo nascantur. nunquid transmitteret ad heredem suum petitionem predictorum. vt. s. heres legatarij habeat petitionem si pupillus postea soluit. vel partus postea edatur per aretusam vel fructus ex dicto fundo. postea perueniant. ⁊ videtur q̄ non. qa in his legatis conditio ineſt vt dictum est. ⁊ petitio legatorū conditionalium non solet transire ad heredes legatariorum pendente conditione defunctorum. vt. s̄. e. l. si post diem. §. si sit sub conditione. respōdet tamen hic q̄ heres legatarij bene habet petitionem. nec est contrarium qō dixi petitionem conditionalium legatorum non transire ad heredes legatariorū pendente conditione defunctorum. quia illud habet locuz cū legatis apponitur conditio expresse. hic autem subintelligit conditio tacite. nam dies legati cui conditio non ascribit. scz expresse cedit. scilicet q̄tum ad transmissionem. q̄uis extrinseca sit expectanda conditio vt est in nostris casibus predicti ⁊ hec videtur esse intentio huius. §. salua meliori intentione ⁊ intellectu

Irmio eliodoro. Pone q̄ titius habebat fratrem qui

vocabatur firmius eliodorus. fecit dictus titius testamentum. ⁊ instituit sibi heredem filium suum ponamus. ⁊ ita dixit in testamēto firmio eliodoro fratri meo dari volo quinquagīta ex reddītu prediorum meorum futuri anni. ⁊ decessit dictus titius testator. nunquid per illa verba ex reddītu prediorum meorum futuri anni ⁊c. postea siue vltimo posita videtur oditio addita legato de quinquaginta predicto. ⁊ respōdit. scilicet iurisconsultus postea nō videri conditionem additā dicto legato siue per verba predicta postea siue vltimo posita in legato. sed videri prolatum temp⁹ soluende pecunie. vnde si firmius eliodorus decedat infra tempus bene transmittat ad heredem suum petitionem legati. vt. §. l. proxi. in fi. vel dic q verbum postea determinet verbum respondit. i. post predicta respondit iurisconsultus interrogatus non videri conditionem ⁊c. Sed quid si in futuro anno de quo dixit testator q intelligo de primo non percipiantur ex fructibus fundi siue fundorum tot redditus qui sufficiant pecunie relicte prestāde dicto firmio eliodoro. certe erit necessaria vbertas secundi anni ⁊ hec videtur esse intentio huius. l. salua meliori intentione ⁊ intellectu. ¶ Cum ab heredibus. Ponamus q titius fecit testamentum ⁊ instituit sibi heredes petrum ⁊ seium. ⁊ ponamus q ita scripsit siue scribi fecit inter alia verba in testamento suo ab hr̄dib⁹ meis alūno meo. c. dari volo q̄. c. volo deponi apud gaium vt in annum. xxv. trientes vsuras eius summe percipiat alūnus a dicto gaio eamq; alūno meo post etatem supra scriptam curabis reddere. scilicet tu gaius depositari⁹ ⁊ decessit dictus titius testator. ⁊ postea decessit dictus alūn⁹ intra. xxv. annum. nunquid fideicommissum transmissum est ad heredem pueri siue alūni. ⁊ dicitur q sic. ⁊ est ratio quia videtur certa etas prestita sorti soluende. non autem videtur inserta conditio fideicommisso relicto pure. si enim videtur inserta conditio per verba testatoris non diceretur ad heredes pueri siue alūni transmissum esse fideicōmissum. cū fideicōmissa additionalia nō transeunt ad heredem fideicommissarij decedentis conditione pendente. q̄uis autem dictum fideicommissum sit transmissum ad heredem pueri siue alūni. tamē ante illud tempus quo compleuisset alūnus. xxv. annum si viueret nō peti potest idem fideicōmissum ab eo gaio penes quez voluit testator pecuniam sine dicta centum collocari. non potest peti dico per heredem alūni vel per heredes testatoris. ⁊ hoc euenit propter dicta verba testatoris eamq; alūno meo post etatem supra scriptaz curabis reddere ⁊c. quasi dicat nō ante. ⁊ q̄uis ante dictum tempus dari fideicommissum nō possit peti a dicto gaio depositario. tamen completo dicto tempore poterit heres alūni petere ab heredibus testatoris idez fideicommissum qui heredes testatoris debuerunt stipulari a gaio depositario eo tempore quo deposuerunt apud eū dictam pecuniam dari sibi heredibus testatoris etiam alumno vel heredibus eius dictam pecuniam adueniente. xxv. anno. q̄uis fideiussores ab eo depositario super hoc non potuerīt petere cuius fidem defunctus testator voluit sequi. ⁊ heredes testatoris potuerunt petere a depositario p̄dicto. heres ergo alūni petet ab heredibus testatoris. ⁊ heredes testatoris petent a depositario. ⁊ hec videtur esse intentio huius. §. salua meliori intentione ⁊ intellectu. ¶ Pater annua tot. Ponamus q titius fecit testamentum ⁊ instituit sibi heredem seiuz suum filium ⁊ quedam de bonis suis legauit berte vxori sue ⁊ voluit in eodem testamento vxorem prestare tot annua: puta decem ex fructu bonorum que vxori legauit accessura filij patrimonio ad annum etatis eius. scilicet filij. xxv. preter exhibitionem siue alimentationem. scilicet filij eiusdem quam eq̄ siue eodem modo matri mandauit. ⁊ decessit dictus titius q̄ro nunquid fideicommissum de dictis decem annis sit vnum an plura. ⁊ dicitur q non sunt plura: sed vnum diuisuz certis pensionibus. ⁊ ideo filio defuncto intra etatem supra scriptā xxv. annorum transmittitur ad heredem filij eiusdem fideicōmissuz residui temporis. xxv. annoz. sed nunquid predicta annua pecunia in initio cuiusq; anni poterit peti per heredem filij vel per filium si viuat. ⁊ dicitur q non. quia pater voluit p̄ heri filio dictam pecuniam ex fructib⁹ datis vxori. i. ex fructibus bonorum vxori legatorum. ⁊ ideo videtur distulisse p̄stationem dicte annue pecunie donec vxor fructus percipiet i quolibet anno de bonis sibi legatis. si autez pater destinasset dictam annuam pecuniam alimentis filij non dubie persona filij deficiente videbitur extincta causa prestandi dictam pecuniam annuam. alimenta enim cum vita alimentarij finiunt̄ vt ⁊. §. de transac. cum hij. §. constat. ⁊ hec videtur esse intētio huius. §. salua meliori intentione ⁊ intellectu.

¶ Filiumfamil'. Titius instituit sibi heredes. põam⁹ gaiū ⁊ seium. ⁊ etiam lutium titium filium martini pure in testamento suo. eidemq; lutio titio filiofamil'. dedit siue reliqt fideicommissum. ponamus de centum ⁊ eodem testamento ita cauit q ego lutium titium heredem instituo ita eum adire hereditatem volo si is patria potestate liberatus fuerit ⁊ decesserit dictus titius ⁊ postea coheredes dicti lutij titij filijfamili. eo lutio titio potestate patria non liberato adiuerunt hereditatem. nūquid dies legati siue fideicommissi dicto lutio titio dari cessit: ita vt peti possit. ⁊ dicitur q si pure fuit datum siue relictum dictum legatum siue fideicommissum a coheredibus dicti lutij titij filijfamili. potest per patrem eiusdem lutij titij cui patri per cūdē lutium titium est acquisitum adhuc ab eo non emancipatum nunquid autem dictum legatum vel fideicommissū possit peti pro ea parte hereditatis qua institutus fuit dictus lutius titi⁹. dic vt notaui in libro meo. ¶ Denstruos. Titius ponamus instituit sibi heredes seium ⁊ sempronium. ⁊ rogauit eos q̄ prestarent libertatem sticho ⁊ pāphilo seruis eiusdez titij. ⁊ legauit dictis manumissis siue manumittendis ad alimenta siue cibaria eorum denos denarios. i. decem de. r. siue viginti menstruos. siue singulis mensibus. ⁊ decessit dictus titius postea heredes vocati a pretore adesse noluerunt ⁊ causa cognita pretor pronunciauit libertatez his deberi. ⁊ ita ex senatusconsulto facto tp̄ib⁹ diui adriani sub rubrio gallo et celio p̄mo consulibus libertatem sunt consecuti. vt. j. de fideicom. lib. cum vero. §. subuentum. queritur ex quo tempore debeantur eis cibaria siue mēstrui denarij de meis relicti ad alimēta siue cibaria. ⁊ dicitur ex eo tempore eis deberi quo liberi esse ceperunt. subaudi. ⁊ etiam ex eo tempore quo heredes fuerunt in mora libertatis prestande. vt argu. §. de lega. ij. si quis seruo. ⁊ ita videtur intelligenda hec lex. salua meliori intellectu. si per aliquē melior dicatur vel inueniat intellectus.

¶ Fund⁹. Titi⁹ fecit codicillos ⁊ i eis legauit seio fundum instructum ponamus titianum. ⁊ decessit idez titi⁹ quero quēadmodum dari debeat dictus fundus seio vtrū sit instruct⁹ fuit tempore mortis. s. dicti titij qui fecit codicillos predictos an ita instructus sicut fuit eo tempore quo facti sūt codicilli an ita instructus sicut fuit eo tempore quo peti cepit dictus fundus per seium legatarium ab heredibus dicti titij ⁊ respondetur eī deberi. s. dicto seio cum dicto fundo quibus instructus fuit idem fundus cuz dies legati cedat. i. ea quib⁹ instructus fuit dictus eo tempore quo decessit dictus titius ⁊ hec videtur esse intentio huius. l. salua meliori intentione ⁊ intellectu.

¶ Ogo quandoq;. Seius ponamus fecit testamentum ⁊ instituit sibi heredem gaium ⁊ ita postea dixit in eodem testamento rogo quandoq; heres meus. r. titio dece ssit dictus seius. q̄ro vtrum heres debeat. r. titio ⁊ quando debeat ⁊ certe. r. heres debebit titio. sed quando debeat dubitari potest. vtrum debeat cum primū poterit. s. dare ⁊ nō an vero etiam ante. ⁊ certe dies cedit ⁊ ab ipso petitur siue peti potest. s. cum primū potuerit heres dare. s. cōmode. ⁊ nō ante. ⁊ ita p̄ctua fm meā literā vtiq;. r. heres debebit. sed quādo dubitari pōt vtrū cū primū poterit ⁊ subaudi. postea nī. ⁊ dicrīideo dies cedit ⁊ ab ipso petitur. s. herede per legatarium scz cū p̄mū potuerit cōmode heres dare. sed intelleri q̄ est vtrū cū p̄mū q̄ cū p̄mū ⁊c. vbi ego habeo vtrū cū p̄mū ⁊c. ⁊ tūc est planior

litera ⁊ punctua. tunc post dictionẽ pot̃est. ⁊ resp̃ñsio incipiet ibi vtiq; cũ p̃mum ⁊c. ⁊ hec videtur esse intentio huius. l. sal-

¶ Quod pupille ua meliori intentione ⁊ intellectu

¶ Donamus q̃ titius legauit centũ sese pupille quando q̃; siue q̃cunq; nupserit ⁊ decessit dictus titius. certe si ea pu pilla minor q̃ viri potens nupserit nõ debebit ei añ legatus q̃ ipa ceperit esse virí potẽs. ⁊ est ratio quia nõ potest videri nu

¶ Vxori ex parte. pta que virum non potest pati.

¶ Donamus q̃ titius instituit sibi heredem vxorem suã seiam in duabus vncijs hereditatis sue ⁊ gaium instituit in alijs. x. vncijs eiusdez sue hereditatis ⁊ dictum gaium substi tuit dicte sue vxori. ⁊ eiusdem gaij heredis fideicommisit vt si ꝙdam ⁊ postea decessit dict⁹ marit⁹ ideq; testator. ⁊ postea de cessit vxor ante ꝺditionem. i. anteq̃ hereditatez mariti adiret nunq̃d dies fideicõmissi predicti de dote ⁊ de alijs quibusdã videat cessisse cũ mortis ipa vxor. ⁊ ideo heredibus eius vxoꝛ debeat dictum fideicõmissum. ⁊ dicit q̃ si vxor prius decesse rit q̃ hereditatem adiret videri diem fideicommissi cessisse. ⁊ ita heredibus eius debebitur fideicommissum. naz impletur ipsa conditio in ipsa exalatione spiritus. iam enim adire non poterit. ⁊ sic cum existat ꝺditio ea vxore viua cedit dies lega-

¶ Ut legatoꝛ vel fideicõ. cã caueatur. Rubrica.

¶ Legatorum. Donam⁹ q̃ titius instituit sibi heredem seium ⁊ pluribus lega ta reliquit ⁊ decessit. petunt legatarij ab herede vt ipse satisdet de legatis eis soluendis. certe bene te netur satisdare. nam pretor putauit oportere satisdari nomi ne legatorum vt detur vel fiat hisdem quibus testator voluit dari fieri ve. ⁊ stipulentur legatarij ab herede doluz malũ ab futurum ⁊ semper cogitur heres satisdare legatarijs cuiusq; sit dignitatis ipse heres vel quarũcunq; facultatũ. nec sine ra tione pretori visum est q̃ heres debeat legatarijs satisdare. immo bene cũ ratione. quia sicuti heres incũbit possessiõi bo norum. ita legatarios non debere carere bonis defuncti. sed aut satisdabitur eis per heredẽ aut si nõ satisdat̃ voluit pre tor eos venire in possessione bonoꝛũ defuncti. ⁊ etiã successo ribus legatorum. s. quib⁹ legatum fuit pure vel in diem certã debet heres satisdare q̃uis isti successores legatarioꝛũ non admittantur ex iudicio defuncti: quia defunctus nil eis reliq̃t sed admittunt̃ necessitate successionis eo q̃ succedunt legata rijs. admittunt̃ dico quasi ad es alienum. s. heredis naz lega ta sunt quasi es alienũ heredis: quia heres ea debet. ⁊ etiam debet satisdare heres ꝓcuratoꝛib⁹ legatarioꝛ. Quid si lega tarius est in potestate alterius. certe debet heres cauere ꝓ sa tisdationem ei cuius iuri subiect⁹ est legatarius. non solũ au tem cauere cum satisdatione heredis. sed etiã successores he redũ debent satisdare legatarijs. ⁊ etiam ad cautionem com pellitur fideicõmissarius vniuersalis cui est per heredẽ restitu ta hereditas ex senatusconsulto. s. trebelliano. Itẽ cõpellunt̃ gauit ꝓ alios a testatore institutos. puta per seruos eoruz vel filios ⁊ etiã successores honorarij cõpelluntur. i. q̃ succedunt de iure pretorio. Quid si legatarius est litem ꝓtestat⁹ de le gato ꝑ heredem omissa stipulatione de legato sibi soluendo ꝓ heredem ⁊ non petita satisdatione de qua dictuz est ab he rede. certe non debebit cessare stipulatio. immo debebit he res nihilominus ꝓmittere ⁊ satisdare legatario de legato. ⁊ idem ꝓbandũ est in fideicõmissis qõ dictuz est in legatis. ⁊ ꝫ videtur esse intentio huius. l. vsq; ad. §. si cui. ¶ Si cui ita sit Donamus q̃ titius instituit sibi heredẽ seium ⁊ legauit sem pronio. x. siue per fideicõmissum ei dicta. x. reliq̃t. ⁊ si id lega tum vel fideicõmissum ꝓderet sempron⁹ rursus reliq̃t ei. ⁊ de cessit. q̃ro an sempron⁹ legatari⁹ possit petere a seio herede

satisdationẽ nomine sequẽtis legati siue fideicõmissi. rursus eidem sempronio relicti. ⁊ certe anteq̃ sumam⁹ hanc questio nẽ videdũ est an debeatur sempronio hoc sequẽs fideicõmis sum siue legatũ. ⁊ etiã quotiens debeat. ⁊ an ipse sempron⁹ legatari⁹ cauere debeat heredi se nõ ꝓdituꝛ. ꝓmũ legatũ siue fideicõmissum de decẽ. ⁊ ita tria sunt prius videda. ⁊ q̃dẽ de his oibus tribus extat rescriptuz diui pij ad iuniũ marĩũ mis sum. qui iunius marius consuluit diuũ pium p̃ suã epistolam in questione legatoꝛum siue fideicõmissoꝛuz que relinquerat claudius felix claudio fructullo ⁊ rogauerat heredem suũ vt si claudius fructullus legatarius perdidisset. qõ ei in testamẽ to relictuz erat ab eo rursus ei hꝰ id restitueret qõ rescriptuz est tale claudio fructullo ꝼm ea que epistola cõtinẽtur ⁊c. vsq; illuc rescripto ergo ostensuz ⁊c. in quo soluuntur dicta tria dubia. ⁊ ꝓmo q̃ legatarius nõ debet cauere heredi se non ꝓ dituꝛ ꝓmũ legatũ siue legata sibi prestari debent citra neces sitatem ⁊c. ⁊ postea soluit̃ ꝓmũ ⁊ scõm dubiuz de dictis trib⁹ scz an fideicommissum vel legatũ sequens debeat̃ ⁊ quotiẽs debeatur ibi. sed vt per fideicõmissum posteius ⁊c. vsq; illud rescripto ergo ostensum ⁊c. s. vt sequens legatum siue fideicõ missum debeat̃. ⁊ debeat̃ semel tantũ vt colligit̃ ex litera. ostẽ sum ergo rescripto. s. ꝑdicti diui pij. sempron⁹ legatari⁹ non debet cauere seio heredi se nõ ꝓdituꝛ primũ legatum de decẽ versa autem vice q̃ritur de p̃ncipali questione huius. §. s. an seius heres debeat cauere sempronio legatario de sequen ti legato siue fideicõmisso. ⁊ videt̃ q̃ sic. q; sequens legatum siue fideicommissum relictũ est sub ꝺditione. fuit enim relictũ sub hac ꝺditione si legatarius perderet p̃mum legatum. prio conditionali⁹ añt legatis ⁊ fideicõmissis solet satisdari. ⁊ tñ dicitur hic q̃ non debet satisdari ꝑ sequẽti legato vel fideicõ misso cũ sempronius legatarius habeat in suo arbitrio ne ꝓ dat id qõ sibi relictum est ꝓmo. ⁊ hec videt̃ esse intentio h⁹. §. ¶ Certe siue. Heres debet cauere cũ satisdatione legatario siue debeat ei legatuz ex asse siue ex parte. ⁊ siue sit institutus heres siue substitutus. ¶ Bellissime. Donamus q̃ heres ꝓmisit mihi legatario de legato mihi soluẽdo ⁊ dedit mihi fi deiussoꝛẽ simpliciter ⁊ fuit in moza soluẽdi mihi legatũ. nũq̃d tenebit̃ mihi ipe ⁊ fideiussor ad fruct⁹ vel vsuras legati. ⁊ ꝺr q̃ sic. vt id qõ oportebit. s. fieri actõe ex testõ cõꝑhẽdat. s. ꝫ sti pulatio. ¶ Si sub ꝺditiõe. Instituí mihi hꝰdẽ titiũ. ponam⁹ ⁊ legauí seio. x. sub ꝺdi. ⁊ decessi. postea sei⁹ fuit stipulat⁹ a di cto titio de soluẽdo sibi dicto legato adueniẽte ꝺditiõe. ⁊ pẽ dẽte ꝺdi. decessit idẽ sei⁹. certe stipulatio ꝑdicta euanescit. scz vt nõ trãseat ad hꝰdẽ seij: q; nec legatũ. s. ꝺditiõale ꝑdictum trãsmittit̃ ad hꝰdẽ dicti legatarij q̃ pẽdẽte ꝺdi. decessit. ꝺditio nalia enĩ legata nõ trãsmittunt̃ ad heredes legatarioꝛ ⁊ huic stipulatõi de q̃ dictũ ẽ insũt eedẽ cause. i. modi ⁊ eedẽ ꝺditiões q̃ inerant legato qõ stipulat⁹ est legatari⁹ ab hꝰde. vñ si aliq̃ sit exceptio q̃ solet opponi petẽti legatũ actiõe ex testõ placet eãdẽ esse opponẽdã etiã legatario ex stipl'atu agẽti. ¶ Pro curatori. Donam⁹ q̃ instituí mihi heredẽ titiũ ⁊ legauí seio decẽ sub ꝺditione ⁊ decessi. cuz seius legatarius esset absens fecit ipse seius ꝓcuratoꝛem qui stipularetur a titio herede le gatũ. certe heres debet cauere siue ꝓmittere ꝓcuratori lega tarij sub hac exceptione si is legatari⁹ cuius noie caueat he res procuratori eiusdem legatarij viuat. s. eo tempoꝛe quo ce dat dies legati videlicet ne teneatur. s. heres ex ꝓmissione an te defuncto illo. s. legatario q̃ dies dicti legati cedat. s. ⁊ sciaꝫ quia in hac stipulatione de qua dicitur in hoc titulo veniunt res que sunt legate. s. si extant vel precia earum. scilicet si non extant res legate. s. si culpa heredis perierunt. ¶ Si decem. Titius instituit sibi heredem seium ⁊ legauit mihi pure decẽ que in archa habebat ⁊ fici specie ⁊ tibi sempronio ponam⁹ legauit vsumfructum predictoꝛum decem. certe is cui pro prietas de decem relicta est ipso iure decem vendicabit ab herede. verumtamen obstabit ei exceptio quo ad quiq; si fru ctuarius agat contra heredem ex senatusconsulto. scilicet de q̃ fit mẽtio. s̃. de vsufr. le. e. ti. l. i. ⁊ petat vsũfructũ de q̃nq; de

